

Dissertatio

e Joseph. Antiq. lib. II. cap. ult. ad finem.

d Joseph. Antiq. lib. 12. cap. 2. e Contra Apion. lib. I. pag. 1048.

f Joseph. Antiq. lib. 12. cap. 3. ad finem. g Idem lib. II. cap. 7.

h Idem lib. II. cap. 4.

i Ecclesiast. 50. & 2. Macch. 1. 1. & 15. 12. k Antiq. l. 12. cap. 4. ad fin. l. 2. Macch. 4. 37.

eorum aetate jamdiu absuntis; ne quid dicam de Authoris fide, & sinceritate, cui Rabbi omnes longissime concedunt.

Post Jaddum filius Onias (c), Simeonis & Eleazari pater, ad Sacerdotium ascendit, cuius obitu vacuam dignitatem habuit Simon Justus, & post illum Onias II. puer aetate adhuc imbecilli. Quare sacro muneri loco illius fungendo destinatus est Eleazarus ejus patruus, donec ipse per se Pontifex aetate valeret. Ad hujus Pontificis aetatem revocant plerique (d) Versionem Septuaginta Interpretum, Ptolemae Philadelphus res Aegyptiacas curante. Hecatæus apud Josephum (e), tradit Ezechiam Summum Sacerdotem Judgeorum 66. annorum aetate grandevum in Aegyptum venisse salutatum Ptolemaeum filium Lagi, (patrem Philadelphi) qui post victum in prælio ad Gazam Palestini Demetrium Poliorcetem, Syriam sibi universam vindicaverat. Nemo in seris Summorum Sacerdotum ejus nominis occurrit à Jofue filio Josedech usque ad Eleazarum filium Onias; quare vel binominem fuisse Ezechiam oportet, vel inter Sacerdotes Jerosolymitanos primas tenens Summi Sacerdotis titulum apud Hecatæum obtinuit. Hoc sanè obfirum; illud constat, Eleazarum post continuatum 30. circiter annorum spatio Sacerdotium, vitam cum morte commutasse; datum ejus dignitas successorem, non Oniam II. ejus nepotem, ad quem de jure spectabat, sed Manassem I. avi fratrem, & Jaddi germanum [f], qui propter contractas ante nuptias cum muliere extranea filia Sanaballat, cedere solo, & Samariam ad sacerdotum suum divertere coactus fuerat (g).

Tandem avitam dignitatem Onias II. post Manassem I. recepit, vir ingenio pullo, quem honoris nullus sensus tangere, & pecunie avidissimus. Temnit vitrum despiciabile Josephus, pluribus ejus imbecillitate, quæ in extremum discri- men deduxit Judæam, relevans (h). Non defuit tamen, qui hunc ipsum credant Oniam, quem nomine Simeonis appellatum insigni elogio Jesus filius Sirach in Ecclesiastico cap. 50. celebrat. Eadem pariter scriptam dicunt Epistolam Lacedæmonum, apud Josephum Antiq. lib. 12. cap. 5. relatam. Sed melius ipse Josephus ad Oniam III. hujus nepotem datum credit ab Areo Rege Lacedæmonum; ad Oniam III., inquam, cuius viri elogium pluribus, nec semel Scriptura prosequitur [i].

Simon II. Oniam II. excepit (k). De illo, Macchab. 2. 1. Successit Onias III. Onias II. filius, cuius virtutem, & sapientiam ipsi demum hostes admirati sunt (l). Quis deinde ad Sacerdotium ascenderit, res est in incipi; aliter enim traditur à Josepho, aliter ab Authori 2. Macchabæorum. Narrat Historicus Judæus, fatis functo Onia III. Jasonem ejus fratrem prohibito Onia IV. prioris Onias filio, & herede dignitatem occupasse, cuius pacificam possessionem ab Antiocho Epiphane ingenti oblatione pecuniarum summam emisit. Verum successu temporis cum è favore Antiochi

Jason excidisset, cedere Sacerdotio vacuam dignitatem Onias fratri suo linquere coactus est. Sacris igitur praefectus est Onias, non alio summam illam dignitatem meritus, quam quod majori oblatione summa emisit; statimque ab obtento Sacerdotio, priori abrogato, Menelaus nomen assumpit. Ita tres fratres Onias III. Jason, & Menelaus raro felicitatis exemplo continuo ordine regnarunt; cum interim Onias IV. ad quem hereditario iure dignitas pertinebat, in Aegyptio privata fortunam agere cogeretur; ubi deinde de Templum Onias adificavit.

Alier planè rem totam narrant Authori 2. Macchab. 1. 23. &c. Cum, inquit, Onias III. diuturnum Sacerdotium ageret, moræ pertusus Jason ejus frater exauthorandi illum sequi promovendi apud Antiochum Epiphaneum negotium assumpit. Quare grandi pecuniarum nundinatione emptam ab eodem Antiocho sacram dignitatem à fratre in se transfluit. Secundum huc Menelaus Judæus è Tribu Benjamin frater Simonis Praefecti Templi Antiochianæ à Pontifice missus, negotium suum tantâ dexteritate in Aula prosecutus est, ut majori summa pecunia Regi promissa, & Jasonem loco pelli, se vero intrudi obtineret. Expectabatur à Regi pecunia, cui solvenda impar Menelaus Antiochiam ad causam suam dicendam appellatus est. Paruit ille, ac reliquo Jerosolymis muneri sui Vicario Lysimacho fratre, ad Regem se contulit. Interim Lysimachus autoritate sua abusus, preciosissima Templi vase è sacra Aëario detrahens, ad Menelaum mittebat, quod cum iniquissimè populus ferret, tandem in seditionem commotus, Lysimachum non longè ab Aëario Templi trucidavit. Va- sorum partem Menelaus tum pecunia comparanda gratia, tum corrumpendis Aule optimaribus distractus.

Agebat tunc temporis Antiochiae Onias III ante aliquot annos à Sacerdotio amotus, qui totius sacrilegi in expilatione Templi invidia Menelaum oneravit. Cum tamen metu ne quid in se grave tentaretur, in Asylo Daphnito juxta Urbem secesserunt, inde fraude Andronicis tandem abfractus statim trucidatus est. Miserrandum viri, cuius virtutem perspicuum habebat, casum doluit Antiochus, qui tunc aberat Antiochiam, justique se verè in Andronicum reum proditionis animadversi; nec similem ultionem evitasset Menelaus, nisi autoritate Ptolæmi filii Dorimenis protectus fuisset.

Reliquos Regni Epiphanius annos quietus in Pontificatu egit Menelaus, nec iniquiores expertus est priores annos Eupatoris post Epiphaneum regnantis. Quamquam sacrum munus parvo temporis spatio egit, prophanato sub Antiocho Epiphane Templo, ac integro triennio sacrificii intermissis. Post triennium expiato per Judæum Templo, Menelaus, qui velut intrusus à Sacerdotibus habebatur, abstinentia sibi censuit ab illo.

Altero jam anno regnabat Eupator,

De Successione Summorum Sacerdotum. 293

compositaque cum Judæis pace, Menelaum omnium in Judæa turbarum, uti quidem serebatur, authorem interimi instigante, Lysia precepit. Præcepit igitur in turrim ceteribus plenam ex alto dejectus est, & in vacuam ejus dignitatem immisus à Rego Alcimus, Sacerdotali quidem familiâ natus, sed non earum, qua primas obtinens inter avos Sacerdotes Summos numeraret (m).

Solicitus apud Demetrium Eupatoris successorem instabat Alcimus, ut validâ sub manu possessionem dignitatis suę inueniri assistet; quare in Judæam cum Bacchide primum, deinde cum Nicanore instruētissime semper protectus exercitu missus venit. Frustrâ tamen semper, Juda hostiles conatus iteratis præliis nunquam non dissipante. Sed Juda tandem in prælio adversus Bacchidem sublatto, Alcimus optata dignitate potitus est; donec eum evertere murum atrii inferioris, per Prophetas edificatum, agressus eset, impium conatum Deus ulturus, immisus in virum impium, paralyti, post tres vel quatuor Pontificatus annos (n) opprescit. Hæc in Libris Macchabæorum meliori plane fide quam apud Josephum.

Post Alcimum præfuit quidem, sed non statim ab ejus obitu Jonathas, cum interregnum septem annorum turbis Judæa causatum Josephus constituit (o). Antequam tamen gesta Jonathæ, & Sacerdotium describamus, nonnulli hic expendunt, quæ ad Sacerdotium Judæ Macchabæi pertinent. Author est Josephus, post Alcimi obitum sacram dignitatem deferente populo Judæ collatum fuisse (p), quam triennio habuit (q). Sed errare virum constat, cum Judas ante Alcimum obierit, juxta ac 1. Macch. 9. 54. 55. 56. intelligimus. Quare si Judas Sacerdotii Summi dignitatem obtinuit, ut ambigendi nullus est locus; geffisse illam post obitum Menelaus oportet. Idem ex Scriptura constat, cum Alcimus quemlibet venisset ad Demetrium de Nicanore, qui Judam in Summum Sacerdotem agnoverat (r).

Veterum nonnulli (s), sicut & multi ex Recentioribus (t) autuuntur, Mathatian patrem Macchabæorum summam Sacerdotii dignitatem geffisse; quorum tamen opinio neque Scripturæ, neque Josephi suffragio fulta hodie à viris doctissimis improbat.

Opinio, nec futilem innixa conjecturis, tenet Sacerdotes Aſmongos genus è Phinees retulisse: Phinees pater noſter, ait ad filios suos Mathatias, zelando zelum Dei accepit testamentum Sacerdotii eterni (u). Et alibi (x) de genere Joarib, qui sanè ad familiam Phinees pertinuisse creditur (y), afferuntur.

Ut autem ad Jonathan regrediamur,

vir ille septenario post Alcimi obitum an-

no 160. Seleucidarum, & Mundi 382.

sacram dignitatem adiuit (z); ex quo

factum est, ut duo illa culmina honoris, ci-

civilis nempe & sacra, olim divisa in unam

personam coalefcerent. Namque idem ipse

& Summus Sacerdos & Princeps gentis

sue duplē Principatum novennio te-
nuit (a). Successor ei datus est Simon-
frater ipsius, cui post 8. annorum & 3.
circiter mensum (b) Principatum Joan-
nes cognomento Hircaus ejus filius subro-
gatus est. Viginti & novem annis Hirca-

a Uſſer. ad
A. M. 3860.
b Idem ad A.
M. 3869.

c Idem ad A.
3898. Ubi
probat, Jofe-
phum modò

33. vitæ an-
nos, modò

31. eidem tri-
buere. Eufe-
bias, & S.

Hieronymus
legerunt 29.
annos. Euf.

Demonſt. lib. 8.

cap. 2. Hieron.

ad Daniel. 9.

d Joseph. lib.
1. de bello cap.

3. & Antiq.
lib. 13. cap. 19.

e Idem Antiq.
lib. 13. cap. 20.

& 14. cap. 8.

f Idem Antiq.
lib. 13. cap. 23.

& 20. cap. 8.

& lib. de bel-
lo cap. 8.

g Idem Antiq.
lib. 14. cap. 1.

& de bello
lib. 1. cap. 4.

h Tacit. lib. 5.

Hist. cap. 9.

Flor. Hist. lib.

3. cap. 5. Dio-
dar. lib. 37. Jo-
sep. de bello

lib. 1. cap. 4. &

Antiquit. lib.

20. cap. 8.

i Joseph. An-
tig. lib. 14.

cap. 24. 25. &

de bello lib. 1.

c. in Graco.

k Joseph. An-
tig. lib. 14.

cap. ult. lib.

15. 1. & 20. 8

& de bello lib.

l. cap. 13.

m Joseph. An-
tiguit. lib. 15.

cap. 2. 3.

n Joseph. An-
tig. lib. 15.

cap. 9.

m A. 3974.

Na.

o Josepb. An-
sig. lib. 14.
cap. 27.

p Antiq. lib.
15. cap. 2.

q Josepb. An-
sig. lib. 15.
cap. 2.3.

r Annus age-
bat & tatis 18.
& annum in
Ponificatu
habuit.

s Josepb. An-
sig. lib. 15.
cap. 3.

t Antiqui. lib.
15. cap. 14.

u Antiq. lib.
15. cap. 12.
Grac.

x Josepb. Ibid.

y Antiq. lib.
17. cap. 6.

Nata erat Hircano filia Alexandra, que Alexandro filio Aristobuli, & fratri Antigoni nupsit; eodemque conjugio filius Aristobulus, & filia Mariamne nata est. Hec Herodi Magno conjugio copulata (o). Porro Herodes Summam Pontificum auctoritatem menens, in ordinem illam redigendi abrogatis Asmonaeis consilio, ex hereditaria elevisorum ad suum arbitrium reddidit. Quare accitum Babylone Hananelum (p), virum Sacerdotali quidem, sed infinita inter cas familialia natum, ad summam dignitatem evexit. Ita absentium à Sacerdotio habuit Aristobulum fratrem. Mariamnes uxoris sua, ad quem hereditario jure honor pertinebat. Sed instantem demum Alexandram socrum suum & accedentibus Mariamnes uxoris precibus, ut dignitas in Aristobulum rediret, tandem Herodes acquisivit (q). Nec diu eo honore potitus est junior ille Princeps, cui nimium populi studium & elegans corporis habitudo invidiam apud Regem creavit. Eius proinde iussa, cum forte in urbe Jericho animi recreandi gratia innatarer, aquis demeritus interiit (r); revocatusque ad Sacerdotium Hananelus (s). Ita series Pontificum Asmonaeorum desit.

Strabo lib. 16. non obscurè tradit, Augustum supremam Sacerdotii dignitatem in Herodem contulisse, qui tantam sibi vindicavit auctoritatem, tantumque sibi de privilegiis Sacerdotii sumperit, quantum ad id usque nemo aliis. Strabon ad. stipulatur S. Justinus Martyr in Dial. cum Tryphone, in eo potissimum Herodianorum errorem versari animadvertis, quod Herodem tanquam Pontificem Summum haberent. Nunquam tamen, ut vera fater, Herodes Summum Sacerdotem egit, contentus tantum Sacerdotalis ornamenta in turri Antonia servare (t), sibi auctoritate vindicata assumendi abrogandique ad arbitrium Pontifices.

Exinde nemo non auspiciatus, seu contra Legis præscriptum facram dignitatem adire visus est; cum omnes ad tempus Pontifices eligerentur, ad nutum Principum & Praefectorum Provinciae abrogandi, nihil neque familia genere, neque virtute eligendorum spectata. Qui in electionibus genus Aaronicum exigeret, nemo erat. Cursim hos omnes Pontifices attingemus, cum brevissimum Sacerdotium, & aristissimis auctoritatibus conclusum gererent; ut proinde nihil memorabile ex illis referatur.

Loco cedens Hananelus, dignitatem Iesu filio Phabi [u], viro obscuri nominis, reliquit. Huic suffectus est Simon filius Boethi Alexandrinus; quem Herodes ad summam dignitatem elevavit, quod nuptias suas cum ejus filia Marianne honestiores redderet (x).

Simon conspirasse in præditionem Herodis cum Antipatro in suspicionem veniens, exauktoratus est, substituto in eius locum Mathia filio Theophilii (y). Huic Pontifici criminis datum, quod una cum sociis ad removendam Aquilam auream supra Templi fores ab Herode constitu-

tam conspiraverit; statimque sacrif interdictus est (z). Cum adhuc Sacerdotio fungeretur, nocte Expiationem solemnem præcedenti, qua scilicet die Pontifex ingressi Sanctuarium jubetur, vitii aliquid Mathia contingit, quo agendis sacrif munieribus inauspicatus efficeretur; quare ad eam rem Joseph filius Ellem diurno Sacerdotio (a) agendo suffectus est. Post Mathiam sacrif præfuit Joazar frater Mariamnes filius Simonis, & uxoris Herodis (b). Joazar five Azar Pontifice Iesu Christus humana carne induitus in Mundo apparuit (c).

Archelaus Tetrarcha Judææ rerum potente, Eleazar frater Joazaris Pontifex creatus est (d); amovendi enim Joazaris eam causam prætendit Archelaus, quod contra se conspirantibus partes sequutum diceret. Brevi Sacerdotio functus est Eleazarus; quem deinde agente Archelaus Jesus filius Ia exceptit (e). Aliquantò post Joazar, jam post Mathiam Pontifex, qui Romanorum partibus sese dedidisset, cum scilicet de accusando Archelaus atque in novandis politiæ rebus ageretur, iterum eorum favore ad supremam dignitatem electus est; iterumque Cyrenio, qui in provinciam venerat, cogente, quippe cui minus faverat populus, loco cessit, relicto Anano dignitatis successore (f).

Ananus, in Evangelio [g] Annas, diurniore ceteris decessoribus suis atque successoribus Pontificum agens, ad 11. annos sacro munere functus est; quin & post demissam dignitatem adhuc & titulum & auctoritatis partem retinuisse ex Evangelio (h) intelligimus. Appellatur enim Pontifex unâ cum Caipha, quo tempore S. Joannes Baptistæ ministerium suum inivit; cum scilicet alter planè ab Anna Pontifex regnaret. Notat Josephus (i), hunc virum omnium gentis sue felicissimum habitum; quippe qui & ipse diuturnum Sacerdotium egit; novo plane exemplo, & ex quinque liberis totidem Pontifices natus esset.

Ismael filius Phabi post Annanum Sacerdos (k), brevi Eleazar filio Anani locum cessit; qui viceffiam Simonem filium Camith habuit successorem. Omnes iste Sacerdotum successiones artibus Valerii Grati debentur. Nondum annum egerat in Sacerdotio Simon, cum operâ ejusdem Grati Joseph Caiphas (l), satis in Evangelio (m) notus, elevatus est. Eo Pontifice Jesus Christus nec tradiit fuit. Octo vel novem annis sacrif præfuit, eidemque tandem opera Vitelli Judææ Præsidis (n) amato, Jonathas filius Anani Summi Sacerdotis suffectus est; Jonathas vicissim Theophilus fratri dignitatem invitus resignavit (o); huic enim Vitelli Jerosolyma pertransiens, cum in expeditionem Arabicam pergeret, dignitatem concesserat.

Simon filius Simonis Boethi, de quo in superioribus, Cantharas cognomento, ad sacram dignitatem iterum electus, sub Imperatore Claudio Herodem Agrippam habuit Sacerdotii sui procuratorem (p). Post

illum sacrâ dignitas Mathiae filio Anani Pontificis delata est. Confluum quidem agitabat Herodes Agrippa restitundi Jonatham filium Anani, de quo supra; sed ille gratis Regi actis, Mathiam fratrem suum exhibuit, quem virum dicebat eo honore magis dignum (q), quare Mathias ipse electus est.

Alionæs five Elionæs filius Cithæi Mathia subrogatus (r), dein ab Herode Rege Chalcidio fratre Agrippa, qui jus nominandi Pontifices co tempore ab Imperatore Claudio obtinuerat, exauktoratus (s), Josepho filio Cami fivè Canæ vel Camithæ locum fecit. Hunc exceptit Ananias filius Zebedæi, ab eodem Principe promotus (t). Porro jus illud nominandi Pontifices Herodi concessum in successores transiit.

Sublatum Ananias Sacerdotium Ismael filius Phabæ occupavit. Cum illo catæri Pontifices exauktorati consentientes, ad se jure domini pertinentem contendebant decimas, & oblationes reliquæ Sacerdotibus destinatas. Eam vim a se propulsata Sacerdotes, Optimatibus in auxiliū accisis, turbas in illos Jerozolymæ etiam & in ipso Templo exciverunt. Commissis igitur inter se utriusque, ad iugia primū & minas, dein etiam ad plaga ventum est. Iter etiam Romanum Ismael suscepit ad Agrippam II. delatus de tentata abolitione parietis Templi, qui apud eum ex Aula in Templum prohibebat. Postulata quidem sua omnia Pontifex impetravit Pompeji, qui Judæis favebat, auctoritate; sed Romæ in custodia detenus, Summo etiam Sacerdotio ab Agrippa multatus est. Ejus loco electus Joseph filius Simonis (u), cognomento Cabari fivè Gaddis, breve Sacerdotium obtinuit.

Ananus Simonis successor [x], sectâ Sa-
ducæus, vir ingenio truci & acerbo, favo-
rem populi sibi conciliatum sperans, S.

f Josepb. An-
sig. lib. 18.
cap. 1.3.

g Luc. 3.2. &
Joan. 18.13.
24.

h Luc. 3.2. Vi-
de Ba[nag.]
bist. des Juif[s]
1.1. e 5. art. 4.
& 5.

i Josepb. An-

sig. lib. 20.

cap. 8. in Grac.

k Josepb. An-
sig. lib. 18.
cap. 3.

l Idem Ibid.

m Luc. 3.2.

n Antiq. lib.

18. e.6. Grac.

o Ibid. cap. 7.

p Antiq. lib.

19. cap. 12.

ii.

Jacobum, in Scriptura nomine Jacobi fratris Domini notum, supplicio affecit; quod ejus facinus, pro favore publicam invidiam in ipsum concitatavit. Sacerdotium insuper post tres menses abdicare coactus est.

Substitutus ab Agrippa *Iesus filius Dam-*

y Josepb. Ibid.
& Euseb. Hist.
Eccle. 1.2. cap.

22.

z Ibid. cap. 8.

z Idem de bel-

lo lib. 6. cap.

a Antiq. lib.

20. cap. 8.

b Idem de Bel-

lo lib. 4. cap. 5.

c 1. Par. 24.7.

d Josepb. lib. 4.
de Bello cap.

5.

e

Ge-